© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

Omnes sancti confessores. orate pro eo.
Sancta Anna. ora.
Sãcta Maria Magdalena. ora.
Sancta Martha. ora.
Sancta felicitas. ora.
Sancta Perpetua. ora.
Sancta Agatha. ora.
Sãcta Margarita. ora,
Sancta Lucia. ora.
Sancta Agnes. ora.
Sancta Cecilia. ora.
Sancta Catherina. ora.
Sancta Vrsula cum sodalibus tuis. ora pro.
Sancta Catherina. ora.
Omnes sancte virgines, orate pro eo.
Oẽs sancti. orate p eo.
Propitius esto. Libera eum domine.
Ab ãnatione perpetua. Libera eum domine.
A subitanea, et improuisa morte. Libera.
Ab imminentibus peccatorum suorum periculis. Libera eum domine.
Ab infestationibus demonum. Libera.
Per mysterium sancte incarnationis tue. Libera eum do.
Per passionem ⁊ crucẽ tuam. Libera eum domine.
Per gloriosam resurrectionẽ tuam. Libera eum domine.
Per admirabilem ascensionem tuam. Libera eum domine.
Per gratiam sancti spiritus paracleti. Libera eum domine.
In die iudicij. Libera.
Pecccatores. Te rogamus audi nos.
Vt iracundie tue flagella ab eo amoueas. Te rogamus audi nos.
Vt eius spiritum a loco angustie liberes. Te rogamus.
Vt eum in regiõe viuorum eternis gaudijs confoueri iubeas. Te rogamus audi nos.
Vt nos exaudire digneris. Te roga.
Fili dei. Te rogamus audi nos.
Agnus dei qui tollis peccata mũdi. Parce ei dñe.
Agnus dei qui tollis pcta mũdi. Libera eum dñe.
Agnus dei q̃ tollis peccata mũdi. Miserere ei do=

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

mine. ℟. Christe audi nos. ℟. Christe exaudi nos. ℟. Kyrie eleison. ℟. Christe eleyson. ℟. Kyrie eleison. Istatim communiter dicantur ab omnibus: deinde in silentio dicant omnes. Pater noster. Quo dicto dicat sacerdos. Et ne nos inducas in tentationem. ℣. Saluum fac seruũ tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ver. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de syon tuere eum. vers. Nihil proficiat inimicꝰ in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. vers. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. vers. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meꝰ ad te veniat. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: cõseruator animarum qui quos diligis corripis: ⁊ quos recipis pie ad emendationẽ coerces: te inuocamus domine: vt famulo tuo qui corpore patitur membrorꝝ debilitatem gratiam tuam conferre digneris: vt in hora exitus sui de corpore absque mortalis peccati macula tibi datori proprio per manus sanctorũ angelorum tuorũ eius anima representari mereatur. Per Christum dominum nostrum. Finita litania si adhuc vixerit dicant fratres septem psalm. penitentiales sine Gloria patri. Quibus finitis si in primo prout estimari possunt fratris exitum viderint imminere adiungãt. xv. psal. cantici gradus sine Gloria patri. Si autem expletis his omnibus nondum obierit discedent relinquentes ibi crucem ⁊ aquam benedictam. Et Prior de aliis fratribus puideat qui remaneant ibidẽ ⁊ dicant psalterĩ sine Gloria patri. Qui cũ certo signo viderint fratrẽ in proximo moriturum: iterum percussa tabula aduocent fratres. Mox autem vt frater obierit terminent fratres psalm. quos dicebant per Requiem. ⁊ fiat commendatio a sacerdote cum stola incipien-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

te. ℟. Subuenite. Versum sequentē sine cantu, z alijs fratribus ipsum prosequentibus. Totū autē cōmendationis officium dicatur legendo distincte quoadusq3 inchoandū fuerit a cantore. ℟. Libera me domine. ꝛc. cum cātu. ℟. Subuenite sancti dei occurrite angeli domini suscipiētes animā eius offerentes eam. In conspectu altissimi. ℣. Chorus angelorum eam suscipiat: z in sinu abrahe eā collocet. In conspectu alt. Deinde sacerdos sine. Dominus vobiscum. z sine Oremus. dicat orationem.

TIbi domine cōmendamus animam famuli tui vt defunctus seculo tibi viuat: z que per fragilitatem mūdane conuersationis peccata commisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

MIsericordiam tuam dñe sancte pater omnipotens eterne deus: pietatis affectu pro alijs rogare cogimur: qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficimus: tamen de tua confisi gratuita pietate z inolita benignitate clementiam tuam deposcimus: vt animam serui tui ad te reuertentem cum pietate suscipias: assit ei angelus testamēti tui michael: z per manus sanctorum angelorum tuorū inter sanctos z electos tuos in sinib⁹ abrahe: ysaac z Jacob patriarcharum tuorum eam collocare digneris: quatenus liberata de principibus tenebrarū z de locis penarum: nullis iam primeue natiuitatis vel ignorantia aut proprie iniquitatis seu fragilitatis cōfundatur erroribus: sed potius agnoscatur a tuis z sancte beatudinis requie perfruatur: atq3 cū magni iudicij dies aduenerit inter sanctos z electos tuos resuscitatus glorie manifeste cōtemplationis tue perpetuo satietur. Per Christū dominum nostrum. ℟. Amen. Sacerdos incipiat antiphonā sequentē z psal. reteri prosequantur cū. Suscipiat.

© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.

psal. In exitu israel de egypto. Quo finito dicatur antipbona. Suscipiat te Christus qui creauit te et in sinum Abrahe angeli deducant te. Interim prelatus prouideat qualiter corpus inuoluatur & in feretro collocetur & si necesse fuerit ab aliquib⁹ in secreto lauetur. Est autem sepeliendus frater cum tunica & scapulari capucio velante faciem eius & supposito, manibus in modum crucis dispositis: & cum caligis & soccis & cingulo decentibus & decenter aptatis: adhibita cautela circa predicta ne desiuat vl ne nimis stricte circa corpus applicentur. Est etiã habendum propzium feretrum strictum & idoneũ: ita ⁹ corpus repositum nõ eleuet coopertozium quod etiam ad hoc habendum est propzium & honestũ sed humile habens crucem circa locum cooperientem pectus defuncti. Cum autẽ corpus inuoluitur fratres seozsum a defuncto ordinati prout locus permiserit commendationis officium prosequantur. Sacrista vero prouideat de thuribulo & ceteris, cantoz prouideat qui hec & aquam benedictam & crucẽ deferant. Dicta post psalm. antipbona dicat sacerdos.

Oremus. Oratio.

OMnipotẽs sempiterne deus, qui humano corpori animam ad similitudinem tuã inspirare dignatus es, dum te iubente puluis in puluerem reuertitur: tu imaginem tuam cum sanctis & electis tuis eternis sedibus precipias sociari: eamque ad te reuertentem de Egypti partibus blande leniterque suscipias: & angelos tuos sanctos ei obuiam mittas viamque illi iustitie monstra & portas glorie tue aperi. Repelle quesumus domine ab ea omnes principes tenebrarũ & agnosce depositũ fidele quod tuum est. Suscipe domine creaturam tuam non ex diis alienis creatã sed a te solo deo viuo & vero quia non est alius deus preter te ọñe & non est secundum

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

opera tua: letifica clemẽtissime deus animã serui tui ꝛ clarifica eam in multitudine misericordie tue. Ne reminiscaris quesumus iniquitatum eius antiquarum ꝛ rebellionum quas suscitauit furor mali desiderij. Licet enim peccauerit: tamen te non negauit sed signo sancte fidei insignitus te qui omnia ꝛ eum inter omnia fecisti fideliter adorauit. Qui viuis ꝛ regnas deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Deinde incipit sacerdos antiphonam. Chorus angelorum ꝛ psalm. Dilexi quoniã. ꝛ conuentus prosequatur ipsum ꝛ alios qui noti sunt. In fine omnium dicatur. Requiem. Poterunt autem fratres sedere dum dicunt hos psalmos, aña Chorus angelorũ. psal. Dilexi quoniam. psal. Credidi. ps. Laudate dominũ omnes gentes. Psalmus.

CONfitemini domino quoniam bonus: quoniã in seculũ misericordia eius. Dicat nunc israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus aaron: quoniã in seculum misericordia eius. Dicãt nũc qui timẽt dñm: quoniã in seculũ misericordia eius. De tribulatione inuocaui dñm: ꝛ exaudiuit me in latitudine dñs. Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: ꝛ ego despiciam inimicos meos. Bonũ est cõfidere in dño: q̃ confidere in homine. Bonum est sperare in dño: q̃ sperare in principibus. Omnes gẽtes circuierunt me: ꝛ in nomine domini quia vltus sum in eos. Circundãtes circundederunt me: ꝛ in nomine domini quia vltus sum in eos. Circundederũt me sicut apes, ꝛ exarserunt sicut ignis in spinis: ꝛ in nomine dñi quia vltus sum in eos. Impulsus eversus sum vt caderẽ: ꝛ dominus suscepit me. Fortitudo mea ꝛ laus mea dominus: ꝛ factus est mihi in salutem.

Vox exultatiõis ꝛ salutis: in tabernaculis iustorũ.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

Dextera domini fecit virtutē: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem. Non moriar sed viuam: & narrabo opera domini. Castigans castigauit me dominus: & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitie, & ingressus in eas cōfitebor domino: hec porta domini iusti intrabūt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quam fecit dominus: exultemus & letemur in ea. O domine saluum me fac, o domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine domini. Benedixim⁹ vobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis. Cōstituite diem solennem in condensis: vsq; ad cornu altaris. Deus meus es tu & confitebor tibi: deus meus es tu & exaltabote. Confitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutē. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculū misericordia eius. Psal. Beati immaculati. vsq; ad psal. Ad dominū cum tribularer, exclusiue. Finitis psalmis stent fratres & subiungāt antiphonam. Chorus angelorum te suscipiat & in sinu Abrahe collocet: vt cum Lazaro quondam paupere eternam habeas requiē. Dicta antipbona sequitur. Oremus. Oratio.

OJri vulneris nouitate percussi & quodammodo cordibus sauciati: misericordiam tuam mūdi redemptor flebilibus vocibus imploram⁹ vt fratris nostri animam ad tuam clementiā qui fons pietatis es reuertentē blāde leniterq; suscipias: & quas illa ex carnali commoratione contraxit maculas: tu deus inclyta benignitate clementer deleas: pie indulgeas: obliuioni in perpetuū tradas, atq; hanc laudem tibi cum ceteris reddituram: & ad corpus

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

quandoqz reuersuram sanctorum tuorum cetibus aggregari precipias. Qui viuis ⁊ regnas deus. Postea dicatur. Pater noster. Et ne nos. ℣. Non intres in iudicium cũ seruo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. A porta inferi. ⁊c. Dñe exaudi orationẽ meam. ⁊c. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

PArtẽ beate resurrectionis obtineat vitãqz eternã habere mereatur in celis: per te Jesu Christe saluator mundi. Qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus in secula seculorum. Amẽ. Oremus. Oratio.

DEus cui soli competit medicinã prestare post mortẽ: presta quesumus: vt anima famuli tui, terrenis exuta contagijs: in tue redemptionis parte numeretur. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

FIdelium deus omnium conditor ⁊ redemptor animabus famulorum famularumqz tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt: pijs supplicationibus cõsequantur. Qui viuis. Cõpleto commendationis officio dicãt horas suas qui eas dicere habuerint. Quib⁹ dictis: vel si eas dicere nõ habuerint: statim incipiant psalteriũ. Inuoluto corpore ⁊ in feretro collocato: cõgregatis circa ipsum fratribus intermittatur psalmodia. Finito tñ psalmo incepto per Requiẽ eternã. Tunc sacerdos resumat stolã si eã depoluit: ⁊ aspergẽs corpus aqua bñdicta ⁊ thurificãs dicat. Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

SUscipe domine animam serui tui: quã de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: ⁊ libera eam de principib⁹ tenebrarum ⁊ de locis penarum: vt absoluta omnium vinculo peccatorum: quietis eterne beatitudine perfruatur: ⁊ inter sanctos ⁊ ele-

© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.

ctos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Hac oratione dicta cãtor incipiat. R. Libera me domine. cum cantu: & conuentus prosequatur cũ versibus & resumptionibus a cãtore incipiẽdis: & tunc campana pulsetur: & sic deferatur corpus in ecclesia tali ordine: vt aqua benedicta p̃cedat: postea thurifer arius: deinde ceroferarij: postea crux sequatur in medio: post crucẽ incedãt fratres eo ordine quo stãt in choro precedentibus iunioribus: post omnes sacerdos cum stola. Ultimo defunctus a quatuor fratribus: quibus cantor innuerit deferatur: quos cõuersi sequentes poterunt adiuuare. Venientes aũt in ecclesiam deponant corpus in choro ita q̃ facies defuncti sit versa ad altare. Deinde illi qui portant aquam benedictam & thuribulum ordinent se ad pedes defuncti: vnus hinc & alius inde: versis ad se mutuo vultibus. Ceroferarij vero ordinẽt se ad caput versis vultibus ad altare: frater vero qui crucẽ defert collocet eam ad caput defuncti verso vultu crucifixi ad corpus defuncti: post crucem stet sacerdos: & finito responsorio. Libera me domine. Cum versu qui inceptus fuerit & resumptione dicat alta voce. A porta inferi. Dominus vobiscum. Oremus.

Oratio.

Inclina domine aurẽ tuã ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui quam de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas: & sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Oratio pro sorore

Quesumus domine p̃ tua pietate miserere animę famule tue: & a cõtagijs mortalitatis exutã in eterne saluationis partem restitue. Per Christum dominum nostrum. Amen.

© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.

¶ Hac oratione finita ponãtur duo cerei accensi super candelabra circa crucem hinc & inde: & aqua benedicta & thuribulum sicut commode poterunt collocentur ibidem: postea si fratres refectionem intermiserant redeant ad illam. Ita tamen vt nola nõ pulsetur nec benedictio repetatur: sed lector incipiat vbi dimiserat. Quod etiã fiat in quadragesima. Prouideat autem Prior ne corpus solum remaneat: sed aliqui fratres ibi sint qui psalterium legant. q si refectionẽ non intermiserãt finita oratione quã supra diximus. Inclina domine. Residentes in choro incipiant psalterium vbi in infirmitorio dimiserunt. Horas suas suis temporibus psalterium intermittentes dicant diligenter: & expletis horis incipiant in psalterio vbi dimiserunt. Si tali hora obierit q p eo missa celebrari possit in conuentu eodem die sepeliatur: si autem in crastino reseruetur vt in eodem die sepeliatur ante vesperas vel etiam post: maxime in estate. Si autem hora vespertina moriatur in crastinum reseruetur. Cum vero in crastinum reseruatur agantur in nocte circa eũ vigilie hoc modo. Sacrista noctem diuidat in duas vigilias communiter prout poterit. In prima vigilet dexter chorus dicẽdo psalterium. Et circa finem prime vigilie cum eis visum fuerit: dicant matutinas suas legendo. Quibus dictis cũ prima vigilia transacta fuerit: pulsentur matutine secunde. Et alijs in chorum venientibus eant dormitum qui vigilauerant. Qui vero illa hora surrexerint: matutinarum officium cantando expleant diligenter. Quo finito & dicta. Pretiosa. vigilent dicendo psalterium sicut primi. Nullus fratrum mittatur extra vsq; quo defunctus sepeliatur: nisi magna necessitas imminneat. Quandiu etiã corpus est in choro non sedeant fratres in cellis vel in locutorio: sed stent circa corpus & dicãt psalmos.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

Qui officijs deputati sunt assistant defuncto quantum poterunt. Si competenter fieri potest priusq; frater sepeliatur debet pro eo in communi celebrari missa. Si autem q̄ citius commode poterit solēniter pro eo cantetur. Debent etiam pro ipso fieri vigilie ipsa die qua sepelitur si facte non fuerint a cōuentu antequam sepeliatur: q; si nec ipse fieri possunt: fiant q̄ citius temporis opportunitas occurrerit. Que superius scripta sunt seruanda sunt circa fratrem a conuentu in quo moritur siue in suo siue in alieno conuentu moriatur. Si extra conuētū suum frater obierit: audita morte ipsius: fiant nihilominus predicte vigilie in suo cōuētu ⁊ missa similiter celebrēt. Que etiā faciēda sunt p̄ magistro ordinis per totū ordinē: et p̄ Priore Prouinciali in quolibet cōuētu prouincie sibi cōmisse audita morte ipsoz. Missam pro fratre defuncto si cōmode potest debet prelatus maior cātare ⁊ totū officium facere. Fratres hospites ⁊ minuti ⁊ infirmi qui cōmode possunt ad exitū mortētis ⁊ ad sepulturā veniāt ⁊ stent in ordine suo. Quicquid p̄ fratre defuncto fit antequā sepulture tradat erit totū preter hoc qđ ex constitutionibus ei debetur. Dies obitus magistri ordinis siue in magisterio moriatur siue ante mortem a magisterio fuerit absolutus scribatur in Kalendarij martilogio: ⁊ singulis annis in quolibet conuentu recitetur hoc modo. Obijt frater. N. ordinis nostri magistri secundus vel tertius, ⁊ sic deinceps, ⁊ fiant pro eo orationes secundum q̄ deuotio Prelati ⁊ fratrum iudicauerit faciendum.

¶ De officio sepulture.

Cum efferendus est frater defunctus ad sepeliendum debet paulo ante sacrista signū ad conuocandos fratres in chorum pulsare: ⁊ stolas cum libellis processionum sa-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

cerdotibus distribuere. Cantor vero debet de ministris ad hoc officium necessarijs prouidere. Distributis stolis & libellis siue missa sit celebrata tunc siue nõ: precedentibus ceroferarijs in superpelliciis sacerdos & diaconus ferens libellum: & subdiacon⁹ induti albis cum stolis & manipulis venientes ordinent se ad caput defuncti hoc modo: vt sacerdos sit in medio post crucem: & diaconus tenẽs libellum a dextris eius & iuxta eum alter acolytorum & subdiaconus cum altero acolytorum a sinistris. Alii vero duo ordinent se ad pedes hinc & inde versis ad se mutuo vultibus: quorum vnus aquam benedictam: alius thuribulum teneat ministraturt ea cum necesse fuerit sacerdoti. Deinde quatuor fratres quibus dictum fuerit a cãtore qui delaturi sunt corpus induti albis sine stolis & manipulis ordinent se iuxta feretrum hinc & inde. Et tunc sine **Dominus vobiscum.** & sine **Oremus.** dicat sacerdos voce mediocri orationem sequentem eo modo quo solent dici orationes ad horas dici. Ceteri vero sacerdotes q̃ libellos tenent dicant orationem hanc & sequentes in silencio.

Oratio.

NOn intres in iudicium cum seruo tuo domine quoniam nullus apud te iustificabitur homo nisi per te omnium peccatorũ tribuatur remissio: non ergo eum tua iudicialis sentencia premat: quem tibi vera supplicatio fidei christiane commendat: sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis: qui dũ viueret insignitus est signaculo sancte trinitatis. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Hac oratione finita & responso a conuentu cantores incipiant cum nota. Respon. **Subuenite.** & conuentus persequatur, vers. cantabunt ipsi vel alij duo quibus iniunctum fuerit a cantore. Respon.

© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.



© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.



cet. presa. In con spe ctu.

Post resumptionem cantores incipiant. Kyrieelei son. ꝛ conuentus prosequatur.

Kyrie eleisō. Christeeleisō. Kyrie eleison.

CDumcantatur respōsorium sacerdos accipiens aspersorium de manu fratris aspergat corpus aqua benedicta: ꝛ postea accepto thuribulo thurificet illud: hoc idē in sequēti responsorio seruetur. Finito Kyrie eleison. dicat sacerdos eo modo quo supra.

Oratio.

Oremus.

DEus cui omnia viuunt ꝛ cui non pereunt moriendo corpora nostra sed mutātur in melius te supplices deprecamur: vt quicquid ex famuli tui vitio ꝙ tueq3 volūtati cōtrariū: fallēte diabolo ꝛ p pria iniquitate atq3 fragilitate contraxit: tu pius ꝛ misericors abluas indulgēdo: eāq3 suscipi iubeas p manus sanctoꝝ angelorū tuorū deducendā in sinum prīarcharū tuorū Abrahā, scilicet, amici tui ꝛ Ysaac electi tui: atq3 Jacob dilecti tui: quo aufugit dolor ꝛ tristitia atq3 suspiriū: fideliū quoq3 aīe felici iucūditate letant̄: ꝛ in nouissimo magni iudicij die inter sctos ꝛ electos tuos eā facias perpetue glorie perci pere portionē: quā oculus nō vidit: nec auris audiuit: ꝛ in cor hominis nō ascēdit: quā preparasti diligentibus te. Per Christū dōm no. Amē. Finita oratione sequitur Rium inchoandū ꝛ cantandū: vt supra de alio responsorio dictū est. Responsorium.

© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.



Post resumptionē cantores inciāt. Kyrie eleisō. hoc modo.

re. ptesa. Modo red do.

Kyrie eleison. Christe eleisō Kyrie eleison

Dicto Kyrie eleison. dicat sacerdos eo modo quo supra. Oremus. Oratio.

FAc quesumus domine hanc cum seruo tuo defuncto misericordiam: vt factorum suorum in penis non recipiat vicem: qui tuam in votis tenuit voluntatem: & quia hic illum vera fides iunxit fidelium turmis: illic eum miseratio tua faciat angelicis choris. Per Christum dominum nostrū. Amē.

Oratione finita dicat sacerdos alta voce.



Quo dicto dicāt illud omnes in silentio & eo finito subiungat sacerdos.

Pater noster. Et ne nos indu-

cas in tentationem. Sed libera nos a malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. Dominus vobiscum. Oremus. Inclina domine. vel Quesumus domine. vt supra. Si fuerit episcopus.

Oratio.

DEus qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum pontificali fecisti dignitate vigere:

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

preſta quesumus: vt eorum quoqz perpetuo aggregetur conſortio. Per Chriſtum dominum noſtrū.
Dum hec oratio vel precedens dicitur: ſubdiaconus accipiat crucem de loco ſuo: et oratiōe finita cāto: incipiat alte ſine nota antiphonā. Aperite. et ps. Confitemini. ſicut infra notatum eſt: et conuentus ipſum proſequatur, ſtatimqz egrediātur fratres ad locum ſepulture hoc ordine. Primum aqua benedicta precedat: deinde turiferarius: poſtea ceroferarij: et in medio eorū ſubdiaconus ferens crucē. Deinde fratres ſequātur eo ordine quo ſunt in choro precedentibus iuniorib⁹. Poſtea ſequatur diaconus ferens libellū: poſt ipſum ſacerdos: vltimo quatuor fratres qui corpus deferunt quos fratres conuerſi ſubſequētes poterūt adiuuare. Dum aūt corp⁹ ad tumulū portatur cāpana pulſetur a cōuerſis. Ańa.

Aperite. ps. Confitemini domino quoniam

bonus quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Requirebunc pſalmum ſupra. Requiem eternam. Deinde ſubmiſſe legendo ſubiungat antiphonam. Aperite mihi portas iuſtitie ingreſſus in eas confitebor domino, hec porta dñi iuſti intrabunt in eam. Cum ad tumulum peruenerint ſacerdos et miniſtri ordinent ſe ad caput foſſe modo ſupradicto: vel aliter ſecundum aptitudinem loci prout cōmode poterunt. Cōuentus vero ſe ordinet ſicut et loci et tēporis opportunitas pmiſerit. Deinde ſacerdos officiū

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

peragens ministris sibi respondentibus: legendo di cat orationes cum psalmis ⁊ antiphonis infrascriptis. Alij vero sacerdotes qui libellos tenent dicāt eadem per se silenter. Ceteri autē fratres qui libellos non habent bini ⁊ bini dicant psal. penitentiales terminando quemlibet per Requiem eternam. Et si necesse fuerit addant psal. cantici gradus vel ōēs vel aliquos ex eis. Oremus. Oratio.

QJe recordationis affectu fratres charissimi cō memorationem facimus chari nostri quem dominus de tētationibus huius seculi assumpsit: obsecrantes misericordiam dei nostri vt ipse ei tribuere dignetur placidam ⁊ quietam mansionem: ⁊ remittat omnes lubrice temeritatis offensas: vt concessa venia plene indulgentie: quicquid in hoc seculo pro prio vel alieno reatu deliquit: totum ineffabili pietate ac benignitate sua deleat ⁊ abstergat. Per Christum do. Una. Ingrediar. Psalmus.

QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quādo veniam ⁊ apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lachrymē mee panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus? Hec recordatus sum et effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domū dei. In voce exultationis ⁊ confessionis, sonus epulantis. Quare tristis es anima mea, ⁊ quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei ⁊ deus meus. Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memorabo tui de terra iordanis ⁊ hermonij a monte modico. Abyssus abyssum inuocat, in voce cataractarum tuarū. Omnia excelsa tua ⁊ fluctus tui, super me transierunt. In die mādauit dominus misericordiā suam

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

¶ nocte canticū eius. Apud me oratio deo vite mee: dicā deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei ¶ quare contristatus incedo: dum affligit me inimicus? Dum confringūtur ossa mea: exprobrauerūt mihi qui tribulant me inimici mei. Dum dicūt mihi per singulos dies: vbi es deus tuus: quare tristis es anima mea ¶ quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei ¶ deus meus. Requiem eternam. Ant. Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei. Oremus.

Oratio.

OBsecramus misericordiam tuam omnipotēs eterne deus qui hominem ad imaginem tuam creare dignatus es: vt animam famuli tui quē hodierna die rebus humanis eximi: ¶ ad te accersiri voluisti: blāde ¶ misericorditer suscipias: nō ei dñent vmbre mortis: nec contegat eū chaos ¶ caligo tenebray; sed exut⁹ oim criminū labe in sinu Abrahe patriarche collocatus locum lucis ¶ refrigerij se adeptū esse gaudeat: vt cū dies iudicij aduenerit: cum sanctis ¶ electis tuis eum resuscitari iubeas. Per Christum dominum nostrum. Dicta hac oratione sacerdos aspergat corp⁹ aqua benedicta: postea fōsam. deinde thurificet ter tumq; dicat antiphonā. Hec requies. ¶ psalmum.

MEmento domine dauid: ¶ omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino: votū vouit deo Jacob. Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis: ¶ palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino tabernaculum deo Jacob. Ecce audiuimus eum in effrata: inuenimus eum in cāpis sylue. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.

A

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

Surge domine in requiem tuã: tu z arca sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iustitiam: z sancti tui exultẽt. Propter dauid seruum tuum: non auertas faciem Christi tui. Iurauit dominus dauid veritatẽ z non frustrabitur eum, de fructu vẽtris tui ponam super sedem tuã. Si custodierint filij tui testamẽtum meum: z testimonia mea hec que docebo eos. Et filij eorum vsq3 in seculũ: sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit dominus syõ: elegit eam in habitationẽ sibi. Hec requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniã elegi eam. Viduam eius benedicẽs benedicam, pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari, z sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Requiem eternã dona eis domine: z lux perpetua luceat eis. Duo autem ex eis qui corpus portauerunt descẽdant in fossam ad corpus suscipiendum z duo remaneãt ad deponendum, z dum dicitur psalm. Memento domine. Reponant illud z collocent supinum positis pedibus ad orientẽm, vel ad meridiem secundum fosse dispositionem. Quo facto egrediantur qui descenderant in fossam: z dicto psalmo subiungatur Antiphona. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Deinde sequitur. Oremus.

Oratio.

Deus apud quem mortuorum spiritus viuunt, z in quo electorum anime deposito carnis one re plena felicitate letantur: presta supplicãtibus nobis vt anima famuli tui que temporali per corpus huius luminis caruit visu: eterne illius lucis solatio potiatur: non eam tormẽtum mortis attingat: non dolor horrende visionis afficiat: non penalis ti-

© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.

mor excruciet: non reorum proxima catena constringat: sed concessa sibi venia delictorum omnium optate quietis cõsequatur gaudia repromissa. Per Christum dominum nostrum. finita oratione sacerdos incboans antipbonam. De terra plasmasti me. t psalmum. Domine probasti. proiciat terram super corpus, quo facto qui ad hec constituti sunt cooperiant illud humo, sacerdos vero prosequendo psalmum inceptum elonget se paululum a fossa cũ ministris ante se ordinatis prout commode poterunt.

Psalmus.

Domine probasti me t cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam t resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas delonge, semitam meam t funiculum meum inuestigasti. Et omnes vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea. Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima t antiqua: tu formasti me t posuisti super me manũ tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est t nõ potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo: t quo a facie tua fugiam? Si ascendero in celum tu illic es, si descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo: t habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, t tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre cõculcabunt me, t nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebre non obscurabuntur a te t nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita t lumen eius. Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de vtero matris mee.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua t anima mea cognoscet nimis. Non est occultatũ os meum a te quod fecisti in occulto, t substantia mea in inferioribus terre.

© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.

Imperfectum meum viderunt oculi tui: ⁊ in libro tuo omnes scribentur: dies formabũtur ⁊ nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos ⁊ super arenam multiplicabuntur: exurrexi ⁊ adhuc sum tecum. Si occideris deꝰ peccatores, viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te domine oderã: et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderã illos, ⁊ inimici facti sunt mihi. Proba me deꝰ ⁊ scito cor meum: interroga me ⁊ cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: ⁊ deduc me in via eterna. Requiem eternam. Añ. De terra plasmasti me ⁊ carne induisti me redẽptor meus: domine resuscita me in nouissimo die. Postea sequitur oratio.

OREmus fratres charissimi pro spiritu chari nostri quem dominus de laqueo huius seculi liberare dignatus est: cuius corpusculum hodie sepulture traditur: vt eum pietas domini in sinu Abrahe Ysaac ⁊ Jacob collocare dignetur, vt cum dies iudicij aduenerit inter sanctos ⁊ electos suos eũ in parte dextera collocandum resuscitari faciat. Prestante domino nostro Jesu Christo: qui cũ patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus. Per omnia secula seculoꝝ. Amẽ. Hac oratione finita vel alia quacunqꝫ de subsequẽtibꝰ cũ aliquã addere oportuerit si corpus humatũ fuerit intermissis ceteris: sacerdos dicat oꝰonem. Debitum humani. Oremus. Oratio.

OEus vite dator ⁊ humanorum corporum reparator: qui te a peccatoribus exorari voluisti: exaudi preces quas speciali deuotione pro anima famuli tui tibi lachrymabiliter fundimus: vt liberare eam ab inferorum cruciatibus et collocare

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

eam inter agmina sanctorum tuorum dignerís: ve-
ste quoq; celesti ⁊ stola immortalitis indui ⁊ paradi
si amenitate cõfoueri iubeas. Per Christum domi-
num nostrum. Amen. Oremus. Oratio.

DEus qui humanarũ animarum eternus amá-
tor es, animam famuli tui: quam vera diu in
corpore maneret tenuit fides: ab omni cruciatu infe
rorum redde extorrẽ: vt segregata ab infernalibus
claustris: sanctorum mereatur aduinari consortijs.
Per Christum dominũ nostrum. Amen. Oremus.

DEus qui iustis supplicationibus sem- Mõ.
per presto es: qui pia vota dignaris intueri:
qui vniuersorum es conditor ⁊ redemptor miseri-
cordia quoque peccatorum: ⁊ tuorum beatitudo iu
storum: da famulo tuo: cuius depositioni hodie offi-
ciũ humanitatis exhibemus cum sanctis ⁊ electis
tuis beati muneris portionem: eumq; a corporeis
nexibus absolutum: in resurrectione electorũ tuo-
rum facias presentari. Per Christum dominũ no-
strum. Amen. Oremus. Oratio.

EMeritas quidem est domine vt homo homi-
nem: mortalis mortuũ: cinis cinerem tibi do-
mino deo nostro audeat cõmendare: sed quia terra:
suscipit terram: ⁊ puluis conuertitur in puluerem
donec omnis caro in suam redigatur originem: in-
de tuam pijssime pater lachrymabiliter quesumus
pietatem: vt huius famuli tui: animã quam de hu-
ius mundi voragine cenulentam ducis ad patriam:
Abrahe amici tui sinu recipias: ⁊ refrigerij rore per-
fundas: sit ab estuãtis gehenne truci incendio segre
gata: ⁊ beate requiei te donante coniuncta: ⁊ si que
illi sunt digne cruciatibus culpe: tu ei gratia mitis
sime lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicẽ, sed
indulgentie tue piam sentiat bonitatem: cumq; fini
to mundi termino supernũ cunctis illuxerit regnũ

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

sanctorum omnium cetibus aggregatus cum electis tuis resurgat in parte dextera collocandus. Per Christum dominum nostrum. Amē. Oremus.

Quarto.

Debitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes: deum cui omnia viuunt fideliter deprecemur: vt hoc corpus chari nostri a nostra infirmitate sepultum in ordine sanctorum suorum resuscitet: et eius spiritum sanctis ac fidelibus suis aggregari iubeat cum quibus inenarrabili gloria et perenni felicitate perfrui mereatur. Prestante domino nostro Jesu Christo qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen. Predicta oratione finita cum orincipiat alta voce antiphoniam. Clementissime domine. et conuentus ipsam prosequatur. In fine vero antiphone cum incipiatur. Domine miserere. omnes flectant genua. et vicio. Super peccatore. surgant. Antiphona



© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.



mam e ius de in ferni voza gi ne et



de mi niſtris tar tarei s mi ſe ra toz



ab ſol ue et cun cta e ius pec ca ta



o bli ui o ne perpe tua dele e am ꝙ



ad lu cem tu am an ge li trahant para=



di ſi qz ia nu am in tro ducant.



Ut oum coꝛpuſcu lum pulue ri tra=

© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.



¶ finita predicta antiphona sacerdos subiungat. vers. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

SAtisfaciat tibi domine deus noster pro anima famuli tui fratris nostri sancte dei genitricis semperque virginis Marie & beati Dominici confessoris tui: omniumq; sanctorum tuorum oratio: & presentis familie deuota supplicatio: vt peccatorum omnium veniã quam precamur obtineat: nec eam patiaris cruciari gehennalibus flammis: quã filij tui domini nostri Jesu Christi pretioso sanguine redemisti. Oratio.

OEus cuius miseratione anime fidelium requiescũt: famulis & famulabus tuis omnibus hic & vbique in Christo quiescentibus: da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti: tecum sine fine letentur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen. Hac oratione finita cantor incipiat psalmum Miserere mei deus, secundũ hoc modo.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

Et fratres ipsum psequendo reuertantur in chorum eo ordine quo venerunt. Ita tamen q illi qui quos fratres qui corpus portauerunt post conuentum immediate sequantur in vtroq; chorο hinc et inde & postea sequatur diaconus: post diaconum vero sacerdos. Si antequam fratres in chorum venerint finitus fuerit psalm. Miserere mei deus. psal. De profundis dicatur. Cum autē ad chorum peruenerint alijs euntibus ad loca sua: & stolas pelibellos deponentibus sacerdos ante gradus presbyterij erit iuxta eum ad dexteram diaconus: & subdiaconus ad sinistram deinde illi qui aquam qui corpus portauerūt duo hinc & duo inde: & iuxta eos acolyti hinc & inde: iuxta acolytos illi qui aquam benedictam & thuribulū portauerunt similiter hinc & inde. Finito psal. Miserere. vel psal. De profundis. Cum ipsum addere oportuerit: & terminando per Requiem. conuentus se prosternat super formas: & sacerdos cum ceteris qui ibi sunt se prosternat super gradus presbyterij. Et dicto Requiem. absq; Kyrie eleison. Dicant omnes in silentio Pater noster. Quo finito sacerdos solus erectus dicat alta voce. Et ne nos inducas in tētationē. Sed libera nos. ꝛc. ℣. In memoria eterna erunt iusti. ℟. Ab auditione mala. ꝛc. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Absolue domine animam famuli tui & animas famulorum famularumq; tuarū ab omni vinculo delictorū: vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos resuscitati respirent. Per Chri. Requiescāt in pace. Amē. Deinde psternat se sacerdos vt prius & oēs dicant in silentio. Pater nr̄. & signo facto a prelato surgāt: q si hora aliqua immediate dicenda fuerit: dicto Requiescant in pace. fiat signū a plato: & sic dicto. Pater noster, incboetur ho-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

Clementissime. nō cantatur nisi pro aliquibus personis quibus ordo magis tenetur: cum specialis devotio id requirit: quod tamē non est facile faciendū. Quando igitur predicta antiphona non cāratur: finita oratione. Debitum humani. dicat sacerdos alta voce. Pater noster. Quo audito interrumpis hiq̄ que dicebantur omnes in silentio dicant illud. et eo finito. sacerdos alta voce subiūgat. Et ne nos. A porta inferi. Dominus vobiscū. Oremus. Oratio. Satisfaciat.

Modus faciendi officium in exequijs parvulorum.

Postquam corpusculum deportatum fuerit ad ecclesiam conveniunt: et cant in ecclesiam latcorū et ordinet se hinc et inde circa defunctum. Sacerdos autem cum cappa nigra et duo acoliti quorum unus aquam benedictam et alter incensum deferat stent ad caput defuncti: ita q̄ sacerdos sit in medio eorū. Cum autem omnes se ordinauerint dicat sacerdos voce mediocri sequentē oratione sine Dñs vobiscum. et sine Oremus. Oratio.

DEus omnipotens redemptor mundi domine Jesu Christe apud quem mortuorum spiritus viuunt: et in quo electorum anime depposito carnis onere plena felicitate letant: gratias agimus ineffabili

© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.

pietati ac benignitati tue, qua aiam famuli tui ima
gine tua insignitã z ptioso sanguine tuo misericor-
diter redẽptã de miseriis tenebrarũ z laqis hui⁹ scli
liberare dignat⁹ es, vt eterne illi⁹ tue lucis solatio
frueretur: z cõcessa sibi venia originalis peccati per
lauacrũ regenerationis z renouatiõis spũs sãcti o-
ptata ꝺetis cõseqꝛet gaudia, omnib⁹ scis z electis
tuis eternaliter repꝛomissa. Qui viuis z regnas de⁹
p oia secula seculorũ. ℟. Amẽ. Alijs frater cui cã
torinmuerit incipiet aiam. Sit nomẽ. z cãtor psal.
Laudate pueri. ℣terminet per Gloria patri. Añ.



Sit nomen domini benedictũ in secula. ℣p.



Lauda te pu e ri. Se vo va en.

℣ Cantata post psalmum añam, cãtores cantent. Ky-
rie ele. Xpiste el. kyrie ele. eũ cãtu sicut notatũ est
supra in officio fratrum defunctorum. Dum aute
cantatur psal. sacerdos aspergat corpus aqua bñ z
incenset illud: qꝫ etiã fiat in sequẽti psal. Dicto añ.
kyrie el. dicat sacerdos alta voce. ℣p nr. Quo dic-
to subiunget. Et ne nos. ℣. Sinite paruulos ad
me venire. ℟. Taliũ est eñ regnũ celorũ. ℣. In me-
moria eterna erit iustus. ℟. Ab auditione mala nõ
timebit. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

OMnipotens z mitissime deus qui omnib⁹ par
uulis renatis baptismate cum migrant a secu
lo sine vllis eorum meritis vitam illico largiris e-
ternã: sicut aie huius paruuli credimus te feciss:

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

fac nos quesumus domine: per intercessionē beate Marie virginis: & omnium sanctorum tuorum hic purificatis tibi mentib⁹ famulari: & in paradiso beatis paruulis perenniter sociari. Per Christum dominum no. ℟. Amen. Aliquis frater cui cantor innuerit incipiat antiphonam. In cōspectu angelorꝝ. & cantor psal. Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo: quoniā audisti oia. & terminetur per Gloria. Dña.



meus. psal. Confitebor. Se vo va en. Dicta post psal. dña, Cantores vt supra dicunt Kyrie elei. & sacerdos. Pater nr. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. ℟. Adorabo ad templum sanctū tuū & confitebor nomini tuo. Oratio.

DEus qui miro ordine angelorū ministeria hominumq3 dispensas: cōcede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christū dominum nostrum. Amen. Hac oratione finita sacerdos incipiat antiphonam. Omnis spiritus. & cantor psalmum. Laudate dominum de celis. Ter minimā do ipsum per. Gloria patri. Antipbona.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

Laudate dominũ de celis. Se vo va en.

¶ Dum dicitur hic psal. vadant ad sepulturam. finito vero psalmo. Laudate. cãtetur antipho: que postquam cantata fuerit dicatur a cantoribus. Kyrie eleison. ꝛc. Pater noster. ℣. A porta inferi. Dominus vobiscum. Oremus.

Oratio.

DEus cuius miseratiõe anime fidelium requiescunt famulis ꝛ famulabꝰ tuis omnibus hic ꝛ vbiqꝫ in Christo quiescentibus, da propitius veniã peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine letentur. Per eundem Christum dominũ.

De modo recipiendi extraneos ad sepulturam.

Quãdo aliquis extraneus in nostro cimiterio est sepeliendus, si talis fuerit qui a conuentu suscipi debeat, pulsetur tempore competenti signum a sacrista. Quo audito fratres in chorum veniant, ꝛ ad recipiendum se preparẽt. Interim sacrista aliquos de iunioribus aduocet qui aquam benedictam ꝛ thuribulum ꝛ crucẽ deferãt. Omnibus itaqꝫ preparatis cũlli qui deferunt corpus ecclesie appropinquauerint, fratres processionaliter de choro in ecclesiã laicorum veniant ꝛ cantibus corpori, precedet aqua benedicta ꝛ thuribulo deinde crux sequetur, post crucem aliquis sacerdos habẽs stolam, ꝛ hi omnes sicut ceteri sint in capis. Si statim pro defuncto debet missa celebrari sacerdos ꝛ ministri interim induantur vt cum fratres

© Del documento, los autores.Digitalización realizada por ULPGC.Biblioteca Universitaria 2022.

